



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 4. De vi verbi alloquor. Horatij in Odis explicatus locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

cui primùm institit, & cælum ipsum, vnde primum spiritum duxit, diligit oportet, qui se bonum ciuem perhiberi vult: aut, si fortè, cum alibi natus esset, ciuitate donatus est, eam imbibat opinionem, vt, nisi ciuitati bene sit, ne sibi quidem putet bene esse posse. Itaque Vlyxes, vt est in fabulis, cum apud Calypsonem posset in omnibus deliciis viuere, tamen illam asperam & lapidosam patriam suam anteposuit etiam immortalitati: non ita facturus, si illam, quam diximus, Teucris sententiam approbasset. Verùm ipsa verba, quibus eam exagitat Lysias, præstat, vt opinor, ascribere. Sunt autem in oratione aduersus Philonem, hoc modo: *Καὶ γὰρ οἱ φύσει μὲν πολῖται εἰσι, γράμμι δὲ χροῶν θ, αὖς πάντα γῆν παλαιοὺς ἐστίν, ἐν ἧ ἀνὰ τὰ ὀπίθηδεια ἔχουσιν, ἔτι οἱ δὲ ἄλλοι εἰσιν, ὅπῃ ἀνὰ παρέντες τὸ ἴσος ἀλλοτρίων ἀγαθόν, ὅπῃ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδιον ἔλθοιεν, διὰ τὸ μὴ τῶν πόλιν, ἀλλὰ τὸ οὐσίαν πατεῖδα αὐτοῖς ἠγεῖσθαι.* Igitur dictum illud Teucris, bonum quidem virum aliquando fortasse non dedecet: bonum certè ciuem non decet. Est apud Ouidium sententia quædam non valdè dissimilis, nisi quòd latiùs pater, ita enim apud eum Carmenta:

Omne solum forti patria est, vt piscibus equor:

Vt volucris vacuo quicquid in orbe patet.

Sunt autem ij versus expressi ex illis Euripideis:

Ἀπας μὲν ἀνὴρ ἀετὸς περὰ σιμου.

Ἀπασὶ δὲ χροῶν ἀνδρὲς ἠγορεύω πατεῖς.

De vi verbi Alloquor. Horatij in Odis explicatus locus.

CAPVT IIII.

ALLOQUENDI verbum propriè admodum & venustè vsurpatum esse à veteribus in eo sermone qui leuandi ac minuendi alieni doloris caussa haberetur, è Varronis libris iam pridem Petrus Victorius an-

Ant. Martini
Varia Lektionen
LIII
28

rius annotavit. acceptum autem id à Græcis videtur. *Ἐπιμύθειον* enim, aut *παρηγορίαν*, verbum è verbo, est alloqui. præclarè igitur Seneca: apud què ita in Troade Ulysses: *Alios parentes alloqui in luctu decet.*

Tibi gratulandum est.

quo exemplo haud scio an nullum in scriptoribus antiquis extet insignius, & illustrius. & est profectò poetà ille præclarior, & vetusti sermonum diligentior, quàm quidam ineptè fastidiosi suspicantur. Allocutionem etiam dixerunt *παρηγορίαν* ἢ *παρηγορίαν*: vt Catullus,

Quem tu, quod minimum facillimumq; est;

Qua solatus es allocutione?

& alloquiū, *Ἐπιμύθειον*. quod cùm esset ignotius, data est occasio imperitis corrumpendi carminis cuiusdam Horatiani. quod cùm in veteribus libris ita legeretur,

Illic omne malum vino cantuq; leuato,

Deformis ægrimonia dulcibus alloquiis,

isti fecerunt, *Deformis ægrimonia, & dulcibus alloquiis.* atque ita interpretati sunt, mōneri Achillem à Chirone, vt ad Troiam leuaret omne malum deformis ægrimoniae tribus rebus; vino, cantu, & iucundis sermonibus. Non autem id dixit Horatius: sed vinum & cantum vocauit dulcia deformis ægrimoniae alloquia, id est *γλυκέα παρηγορία*.

De Callisthene & Philisto. locus Ciceronis emendatus, & declaratus. Capitales interdum à veteribus ingeniosos dictos esse. CAP. V.

M• TULLII verba hæc sunt in Epistola quadam ad Q. fratrem: *Itaque ad Callisthenem & Philistum redeo: in quibus te video volutatum. Callisthenis quidem vulgare & notum negotium: quemadmodum Græci aliquot locuti sunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis,*

panē